Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Si fecisti ita debes penitere sicut ad
ulterium et homicidia sponte commissa
domino dicente de corde enim exeunt
homicidia adulteria falsa testimonia
furta Et ideo similiter debet penitere
et excommunicari falsus testis sicut ad
ulter et fur et homicida Si propter tim
orem fecisti illius a quo timere potui
sti et membra perdere aut vitam et
adultimum bona tua tunc diuide
penitentiam et postea preuide ne tibi
ulterius contingat etc.

Fecisti falsitatem uel fraudem aliquam
in mensuris aut ponderibus ita dico
in falso modio aut cum etc.

Consuluisti maicos in domum
tuam induxisti exquirendi ali
quod arte malifica aut expiandi
causa uel paganorum multitudinem
sequens diuinorum qui diuinarent
ut futura ab eis requireres qui a
propheta et illos qui sortes exercent
uel qui per sortes sperant se futu
ra prestire uel illos qui uel auguriis
uel in cantationibus inseruiunt ad
te inuitasti Si fecisti duos annos
per legittimas ferias peniteas.

Requisisti sortes in codicibus uel
in tabulis ut plures solent qui
in psalteriis uel euangeliis uel
in aliis libris huiusmodi res sor
tiri presumant Si fecisti x. dies
peniteas.

Fecisti filiacteria dyabolica uel
caracteres dyabolicos quos qui
dam dyabulo suadente facere solent
vel herbas uel succinos uel quantam
feriam in honore Iouis honorasti.
Si fecisti uel consensisti x dies in pa
ne et aqua peniteas.

Fecisti aliquod uel dixisti in quocumque
opere quod inchoasti per sortilogam
uel magitam artem nisi nomine domini
in vocasti Si fecisti x. dies in pane
et aqua penitere debes.

Fecisti quod quidam faciunt in kl. Ia
nuarii idest in octaua natalis domini
qui ea sancta nocte nentfilat consuunt
omne opus quodcumque incipere possunt
dyabulo instigante nouum annum
incipiunt Si fecisti xo dies peni
teas in pane et aqua.

Obseruasti kl. Ianuarias ritu
paganorum ut uel aliquod plus fa
ceres propter nouum annum uel antea
uel post soleres facere ita dico ut
aut mensam tuam cum lapidibus
uel epulis preparares in domo tua
eo tempore aut per uicos aut pla
teas cantores et choros duceres
aut super tectum domus tue sederes
ense tuo circum signatus ut ibi
videres et intelligeres quid tibi
in sequenti anno futurum esset uel
in biuio sedisti super thaurinam
cuttam ut et futura tibi intelli
geres vel si panes predicta nocte
coquere fecisti tuo nomine ut si bene
eleuarentur et spissi et alti fierent
in de prosperitate tue vite eo anno
preuideres. Ideo quia deum creatorem
tuum dereliquisti et a dydola de illa
vana te conuertisti et apostata effec
tus es duos annos sed per legittimas
ferias peniteas

Fecisti aliquod tale quale pagani
fecere et adhuc faciunt in kl. Ianu
arii in ceruulo uel in uegula si fe
cisti xxx. dies in pane et aqua pe

Fecisti ligaturas et in ¶ inteas
cantationes et illas vanas fascin
ationes quas nepharii homines sub
ulci uel bubulci et interdum vena
tores faciunt dum dicunt diabolica
carmina super panem aut super herbas
et super quedam nepharia ligamenta